



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De nobili femina, cui vltima ablutio per panem suscepta conuersa est in
sanguinem, cap. 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Mirac-
la de ab-
lutione
celebran-
tis.

Sacerdos quidam, sicut mihi alius quidam reli-
giosus sacerdos retulit, infirmum aliquando visi-
tauit: erat idem infirmus laicus admodum reli-
giosus, qui ait sacerdoti: Domine mi, hodie celebra-
stis? respondente illo; Etiam, Egrotus subjunxit: Peto
ut manus, quibus tractastis sacrum Christi corpus &
sanguinem, coram me abluatis, eritque mea infirmi-
tati eadem ablutio antidotum. Quod cum fecisset,
aqua in cratera munda recepta est, de qua cum bibisset
infirmus, residuam in cistâ reponi iussit, & diligenter
operiri. Postea cum eandem aquam requireret, puer
ad cistam accedens, non aquam in cratera, sed purum
sanguinem reperit; quo illato, pro sacerdote mis-
sum est, à quo in ecclesiam deportatus, inter reli-
quias positus est. **A POLLONIVS:** Quid sentis de
sanguine isto? **CÆSARIVS:** Non credo fuisse Chri-
sti sanguinem, quia aqua in illum minimè vertitur,
nec vinum quidem absque debita sacerdotis benedi-
ctione: Deus verò ob deuotionem hominis, elementum
mutauit, ut ostenderet quòd eundem sanguinem, quem
continuè sumit in ecclesia sacramentaliter, fidelis
quisque in omni loco possit sumere spiritualiter.

CAPVT XXV.

Quædam nobilis femina de Entenich, sicut à
quodam edocta fuerat, tertiam ablutionem
ex digitis sacerdotis in pane recepit, credens,
si eandem per quatuor partes agri sui reponderet, &
nulla aëris intemperies, vel grando segetes læderet,
panem interim in scrinio suo reponens. Dum tempore
oportuno accederet, quatenus eum per agrum suum
diuideret, in sanguinem coagulum eum vidit conuer-
sum: territa nimis, marito eum ostēdit atque sacerdoti.
Pro qua re omnes à prioribus Colonienfibus citati,
sacerdos satis punitus est; illis vix se excusantibus, &
nullum foret in causa maleficiū. Nō enim placet Deo,
si ad aliquos vsus temporales sacramenta illa conuert-
tantur. **A POLLONIVS:** Placet quòd dicis. Nunc peto,
ut exēpla proferas de dignè cōficiētib. **CÆSARIVS:**

Prius

Prius tibi ostendere volo, qualis esse debeat vita sacerdotum digne conficientium.

CAPVT XXVI.

GLoria vitæ sacerdotalis in duobus præcipue consistit, castimonia videlicet & scientia: debet enim castus esse & literatus. Exemplum castimoniae habes in Zacharia patre Ioannis, de quo Lucas sic ait: Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Vicis suæ tempore, pontifices, templi tantum officijs mancipati, non solum à complexu vxorum, sed etiam à domo & ingressu abstinabant. Nostris autem sacerdotibus, à quibus non carnalis successio, sed spiritualis perfectio quæritur; qui quotidie præstò debent esse altari, perpetua castitas indicitur. Quòd verò literatus esse debeat, testis est Malachias, qui dicit: Angelus scientiarum est, & legem ex ore eius requirèt. Hinc est quòd Heli sedebat ante fores tabernaculi, ut responderet omni quærenti. Audi quid illiterato sacerdoti per Osee dicatur: Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. APOLLONIVS: Nunquid sacerdotes illiterati repellendi sunt à Domino? CAESARIUS: Non; sed quibus deest vsus scientiæ exterioris, habeant, ut prædictum est, lumbos præcinctos, & lucernas ardentes in manibus, id est, opera bona. Quòd si sibi commissos illuminare non valent verbo prædicationis, ad diuinum amorem illos accèdere studeant exemplo bonæ conuersationis. Introiens sacerdos ad altare, lauare debet faciem, os, & manus, id est, maculas cogitationis, locutionis, & operum, in labro aeneo quod fecit Moyses ex speculis mulierum: Aqua est contritio, manutergium confessio, quod illa abluir, ista abstergit: Specula mulierum sunt exempla sanctarum animarum, fides scilicet Abrahæ, obedientia Isaac, lenitas Iacob, mansuetudo Moyse, humilitas Dauid, zelus Helix, pietas Iosif, castitas Danielis. In his si sacerdos se considerauit, facile cognoscet suam imperfectionem. APOLLONIVS: Qualis esse debeat conficiens, satis ostèdisti: nunc me

Sacerdotes quales esse debeant ut non indignè missæ celebrentur Casti.
Luc. 10

Docti.
Mala. 20
1. Reg. 10

Osee 4

Luc. 12

Exod. 38